



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**In Hoc Libello Continentvr.|| Divo Maximiliano Avgvsto  
Chvnradi Celltis rapsōdia Lavdes Et Victoria De  
Boe-||mannis Per Septem Electores Et || Regem**

**Celtis, Konrad**

**Auguste: Vinde:, 1505**

**VD16 C 1897**

Ioannes Volscvs de zuola Bemus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14416**

Temea musa leuis cuperet laudare parentem.  
Qui das Germanis Rhomanis ludere uerbis:  
Instituens nymphas; phoebo; dryadumq; puellis  
Tecta pius; largus q; tuis prouentibus ornans  
Cessit ut imperium; lic cedat gloria lingua<sup>z</sup>  
Germanis docta dum cingunt tempa lauro.  
Quam Celtis dare iure potest; et ferre coronam.  
Quem patrem patriæ; nutris largissime princeps:  
Certa salus nobis et spes fidissima musis.

IOANNES VOLSCVS de zuola Bemus.  
Magnacothurnato deposita carmina; cultu:  
Exigit heroes et sacra musa pedes.  
Maximiliane tuas Rex inuictissime laudes  
Ut referam; quis tu clarus in cibemicas.  
Sed neq; Pieridum mihi cognita turba sororum est:  
Proluit aonius nec mea labra liquor.  
Non igitur referam tua cuncta ab origine gesta:  
Gelta maroneo carmine digna cani.  
Inter multa tue Cæsar preconia laudis  
Dicere me cogit nostra thalia tamē  
Vnum quod doctis dōnas modo uatibus ædem:  
Et sceptrum et laurum; signaq; sacra iouis.  
Quo tibi perpetuum dant sœcula posterā nomē  
Illud trem et famam semper habebit opus.  
Vnde uiris doctis crescat Germania tota:  
Qui tua grandiloquo carmine gesta canent.  
Dum uirces rigidus quæ nyc habet oppida turcus  
Quæ uidet euxini mobilis unda maris.  
Bosphorus; et macedum campi; quaqq; attica tellus  
Quaqq; patet bifido grecia clara sinu.  
Omnia turcus habet; tñ hæc postqm inclyte Regū  
Viceris et uictor clara trophæa feres.  
Tunc tibi grandiloquo referemus carmine laudes:  
Et tua sub cælum nomina clara uolent.